

buscumque aliis exactionibus publicis et privatis que pro tempore Universitati eidem Imponi contingerit et taxari. pro quibuslibet Centum Unciis auri grana auri decem in pictagio Cambii. predicti vero syndici consideratis (*sic*) utilitate Universitatis . . . . . et habitu respentu ad sue personae Iudicium . . . . . predicti syndici petitionem ipsius utpote iusta et ex decretato consiglio admicenda predictum Nicolaum ad . . . . . fidelitatem . . . . . Universitatis eiusdem in nostrum concivem alacriter receperunt. ut a presenti in antea dictus Nicolaus gaudeat et fruatur omnibus et singulis . . . . . et singuli cives Baroli fruuntur et gaudent et communicent de cetero cum hominibus Universitatis eiusdem in omnibus Collectis datiis . . . . . denariorum novorum . . . . . exactionibus publicis seu privatis servitiis que de cetero imponuntur eidem Universitati pro singulis Centum Unciis auri grana auri decem tantum et non plus promictenta predicti . . . . . nomine et pro parte dicte Universitatis predicto Nicolao le . . . . per Guadiam et stipulationem sollepnem sub hypotheca Rerum Universitatis eiusdem quod singuli et universi de universitate ipsa tenebunt et tractabunt eum de cetero pro eorum concive ac promicte ipsum et heredes suos gaudere et suis singulis libertatibus Immunitatibus et beneficiis quibus alii cives Baroli fruuntur et gaudent pacifice et quiete, et quod non exigent nec taxent seu exigi vel taxari facient ipsum vel heredes suos pro rebus in predicta Civitate et ipsius Territorio acquirendi ratione predictarum collectarum universitatis seu denariorum novorum distributionibus seu quorumcumque aliorum taxationum et servitorum publicorum et privatorum nisi in grana auri decem tantum et non plus pro singulis Centum unciis auri. ad Universitatis de cetero . . . . vel exigendi ut superius continetur — et quod predictum continentce dicto Nicolao et suis heredibus prelibatis servabunt et facient observari salvis in omnibus et per omnia